

(2) Herois generosum animi insolitumque corporis robur non facit ad periculi declinationem, quam facile enim subintrat terror, rumor falsus, ictus improvisus, &c. vide Pharaonem Exod. XIV, 30. Sennacheribum, 2. Reg. XIX, 35. Serabum aethiopicum, 2. Paral. XIII, 17. XIV, 13. &c.

USUS E VERSU XVII.

(1) Magnum in equitatu regi praesidium, magnum etiam equiti ex equo alacri beneque exercito auxilium; verum si salus inde carnaliter speratur, nil nisi mendacium vel perniciofa falsitas subsequitur, ferme ut Absolomo contigit 2. Sam. XVIII, 9.

(2) Eadem ratio armamentariorum, exercituum, &c. v. 16. & licet tautologica videri possit hac repetitio, sciendum tamen, nunquam satis dici, quod nunquam satis disci deprehendimus. De fiducia in homines, hominumque metu nimio vid. Sirac. XVIII, 7. Psalm. CXVIII, 8.

USUS E VERSU XVIII.

(1) Oculus Dei providus benignusque piorum gerit curam pro reliquis hominibus. confer vers. 13. 14. L. de Providentia, item de praemiis pietatis, 1. Tim. IV, 8.

(2) De fiducia & spe, in Dei clementia fundata, vid. I. praecipuum.

(3) Si Dei exoptas in te benignum oculum, fac, oculi tui directi semper sint ad ipsum: Psal. CXXIII, 2. &c.

USUS E VERSU XIX.

(1) Pericula non raro capitalia, undiquaque constringunt pios, adeo, ut constitutos se sentiant in portis mortis cum Huskia, imò cum morte etiam spirituali conflictandum ipsis gravissimè: vide L. de Cruce.

(2) In periculis ejusmodi haudquaquam desperandum.

(3) Deus solus est, qui mirabiliter illinc educit suos.

(4) Ex ipsa etiam morte eripiemur tandem omnes per resurrectionem universalem.

(5) In vitâ conservamur mirabiliter, misso ante famem ingruentem Josepho quodam sapiente; Gen. XLI, 33. &c.

(6) Quod in plaga famis evenit, evenire etiam solet in grassante lue, bello, incendiis, expoliationibus, &c.

USUS E VERSU XX.

(1) De fiducia opem Dei expectante vide I. praecipuum.

(2) Anima debet expectare, b. e. vires nostra nobilissima eò sunt intendenda.

(3) Auxilium & protectio nostra quarenda non in nobis ipsis causisve aliis secundis, sed in solo Domino, qui plantante Paulo, & Apolline rigante, solus dat incrementum: 1. Cor. III, 6.

USUS E VERSU XXI.

(1) Gaudium est varium, verum tamen in solo possum uno, vero, bono Numine supremo. In hocce gaudet cor ob beneficia tum accepta, tum per Christum porro accipienda: ob fidelitatem, constantiam, &c.

(2) Nomen Dei sanctum admonet nos studiis sapientitatis: 1. Pet. I, 15.

(3) Fiducia petatur, è praecip. I.

USUS E VERSU XXII.

(1) Gratiam divinam exoptare tenemur pra omnibus: Ephes. II, 8. Rom. XI, 6. &c. Hac est super nos, in nobis, circa nos, pro nobis, &c.

(2) Studendum Spei, ne pro ratione hujus polliceri nobis audeamus opem copiosari: Rom. IV, 18. Psal. XXVII, 13. 14.

PSALMI XXXIV. DISPOSITIO.

Timentes Deum (sunt in tuto.) Gustate Dominum.

Post titulum, quo occasio scriptionis exprimitur, (vers. I.) deprehendimus

I. Dei laudes: ubi (1) celebrans est ipse David: (2) celebratio, benedicam; laus ejus in ore meo: v. 2. anima mea gloriabitur in ipso: v. 3. (3) celebratus, Jehova: (4) tempus; semper, jugiter: v. 2. (5) consequens: miserorum auscultatio, exhilaratio: v. 3. ad similes laudes compulsio, magnificate mecum Dominum, &c. v. 4. Sequuntur hinc (6) laudis argumenta, (a) quarentem voti compotem fecit, v. 5. (b) periclitantem eripuit: ibid. (c) appropinquantem confundi non permisit: v. 6. (d) invocantem exaudivit, v. 7. (e) ex angustiis universis salvavit, ibid. (f) angelico praesidio munit: v. 8.

II. Adhortationem ad pietatem: ubi (1) sancta attentio, cujus (a) actus, gustate, videte, v. 9. (b) objectum attendendum, Dominus bonus, ibid. (c) fructus: beatus in ipso confidens, ibid. (2) timor seu reverentia, cujus (a) actus: timete: v. 10. (b) objectum, Dominus, ibid. (c) Subjectum seu timentes,

sancti ejus. (d) ratio: quia nullus his defectus: ibid. quod declaratur oppositione leuncolorum, h. e. hominum mundanorum viribus instructorum vel maximè, qui tamen citius egebunt esurientque, quam ut quærentes Dominum destituantur ullò bonò: v. 11. (e) Exercitium pietatis plenius; ubi (a) invitatio: agite, audite me filialiter, v. 12. (b) promissio: docebo vos timorem Domini: ibid. (c) interrogatio, commodum simul instructionis includens: quis delectatur vitâ? longævitate? felicitate? v. 13. (d) instructio, formans pii tum sermonem, ne mala dolumve proferat: v. 14. tum facta, ubi partim à malo recessio, partim boni executio, v. 15. partim pacis sectatio, ibid. (e) enumeratio emolumentorum, qualia sunt benignus Dei intuitus, v. 16. clamantium auditus, ibid. adversantium interitus, v. 17. piorum è periculis ereptio: v. 18. contritorum salus, v. 19. infortuniorum omnium faustus exitus, v. 20. osium omnium custoditio, v. 21. osorum omnium condemnatio, v. 22. servorum Dei confidentium liberatio: v. 23.

PSAL-